Circum, perç duas in morē fluminis arctos

Arctos oceanī metuentes equore tingi,

Illīc vt phibent aut intēpesta silet nox

Semp & obtenta densantur nocte tenebre

Aut redit a nobis aurora diem^m reducit.

Nosq^m vbi primus equis oriens afflauit anhelis

Illic sera rubens accendit lumina vesper.

Hic docet poeta de duodecim signis zodiaci, & de quinç^m 30
nis. Cōstrue(Aureus sol regit orbē dīmēsum certis ptibus p
duodecim signa Quinç zone tenet ccelū). i. ccelū ē diuīsum p
quinç^m zonas (quar^m) scz zonas (vna ē rubēs sp corusco sole, & ē
torrida). i. pusta(ab igni). i. ardore solis (Circū quā) scz torridā
zonā(extreme)scz due zone (trahuntur dextra leuaç^m). i. vna ad
dextram altera ad sinistram (concre^m). i. rigide(cerulea glacie atç
atris imbrib^m). duę zone (inter has) scz zcretas (& iter mediā)
scz torridā zonā(lunt pcessę egris mortalib^m). i. habitabiles sunt
(munere diuū). i. diuor^m (& via ē lecta p ambas) scz zonas habi
tabiles (Qua) scz via (obliquus ordo signor^m). i. circul^m zodiac^m
(verteret se, vt). i. sicut (mūndus cōsurgit). i. eleuaf(arduous). i. als
tus(ad scythiā & rypheas arces). i. ad plagā septētrionalēm. Et

GEORGICORVM FO. XIII

(mūdus p̄mis). i. descedit (deuex⁹). i. inclinat⁹ (in austros lybie). i.
ad plagā australē (hīc vērte). i. pol⁹ arctic⁹ vel septētrionalē (sp
sublimis nobis). i. sp ē sup nos (at). i. s̄z (atra stix). i. infern⁹ (& p
fundī manes). i. inferi (videt sub pedib⁹ illū) sc̄z polū australē. i.
nūq̄ videt a nobis (Maxim⁹ anguis). i. illud syd⁹ aut signū in
modū anguis (elabīt hīc cīrcū) sc̄z polos (sinnolo flexu). i. curua
flexura. & (elabīt p̄ duos arctos). i. vrsas. sc̄z illa sydera. p̄ arctos
inquā. metuētes tingi ē quore (oceani). i. q̄ nūq̄ occidūt aut des
scendūt vt alia sydera (Illiic). i. in alia zona habitabilī sub polo
australī (aut intēpesta nox silet sp. & tenebre dēsanī). i. dēse sunt
ibī (nocte obtenta). i. retēta (vt phibēt) vt aliq̄ sentiūt (Aut auro
ra redit) sc̄z illuc (a nobis). i. postq̄ fuit apud nos. & (reducit diē)
sc̄z illuc (Et vbi) i. postq̄ (oriēs). i. lucifer aut sol (afflauit nos pri
mus anhelis equis). i. radijs suis (rubens vesp). i. stella vespīna.
(accēdit illic sera lumina). i. p̄ducit illuc stellas. ¶ Zona grecū Zona.
nomē latine sc̄at circuitū vel cīngulū Quinc̄ sunt in cīelo zone Quinc̄ zone
quib⁹ rīndent tot regiones in terra. illar̄ media vocat torrida
& nō est habitabilis ob nīmī calore. Itē duę extremę non sunt
habitables ob nīmī frigus. Duę alię dīcunt ob tēperiem ha
bitables. s̄z vñā tantū incolūt gentes nobis note. Alia vel ē pes
nitus tenebroſa vel aquis opera. vel habitatur ab antīpedib⁹
apud quos tūc est dies qñ nox est apud nos. ¶ Est in cīelo cīrcu Cīrcul⁹ zodiac⁹
lus obliquus q̄ vocat zodiacus vel signifer. in q̄ sunt duodeci⁹ cus.
signa q̄ sol ingreditur vīcīssim p̄ mēlem in vnoquoq̄ pdurās. Signa. xij.
Illoꝝ signor̄ noia sunt hec. Aries. taurus. gemini. cancer. leo.
virgo. libra. scorpius. sagittarius. capricornus. aqr̄ius. pisces
¶ Scythia est regio septētrionalis post germaniā ac daciā. In ea Scythia.
sunt alti mōtes q̄ vocant ryphei a p̄petuo vento. flatu nā t̄z riphei mōtes
phiz̄ in grēce sc̄at flare. ¶ Duę sunt extremitates celi q̄ vocant
poli aut vertices eo q̄ cīrcū illos vertiſ cīclū. Vnus vertex est in Vertices celi
septētrione & vocat polus arcticus qui semp̄ videt a nobis. Ali⁹ Polus arctic⁹
ter est in australi plaga & vocatur polus antarcticus. id est conz & antarcticus
tra arcticū qui nobis nō videtur obiectu terre
¶ Lybia est regio in affrica inter egyptum & mauritaniam
Intēpestus. i. intēpestiu vel inactuosus. & p̄prie nox dr̄ intē Lybia
pesta qñ est circa mediū. sc̄z qñ oia silent & quiescunt. Intēpestus.

Hinc tempestates dubio prediscere cīelo
Possimus. hinc messisq̄ diē. tēpusq̄ serendi
Et quādo infidū remis impellere marmor
Conueniat. quādo armatas deducere classes
Aut tempestiuam in siluis euertere pinum

C. I

LIBER

PRIMVS

Nec fruſtra ſignorꝝ obitus ſpeculamur & ortus;
 Temporibusqꝝ parem diuersis quattuor annum
 ¶ Laudat astrologia p quā oīa ſiūt opportunō tpe ¶ Constr.
 (Poſſumꝝ p dīcere hinc). i. ex astrologia (tēpeſtates dubio cōlō)
 id ē cū alſ dubitaremꝝ. & (poſſumꝝ p dīcere hinc diē messis)
 id ē qñ metēdū ſit. & (t̄ps ſerēdi. Et qñ ƿueniat i pellere remis in
 fidū marmor). i. mare (& qñ ƿueniat deducere armatas clafes)
 id ē exercitꝝ Aut qñ ƿueniat (cuertere in ſiluis pīnū). i. arborem
 quācūqꝝ (tēpeſtiuā). i. aptā euerſi (Nec fruſtra ſpeculamur). i. inz
 tuemur (obitꝝ). i. occafus (& ortꝝ ſignorꝝ). i. ſyder. Etnō fruſtra
 ſpeculamur (annū parē). i. ſp eundē (q̄ttuor t̄pibꝝ). i. anni (diuer
 ſis) quia  ſtas & hyems  traria ſunt. ſiſr ver & autūnus ¶ Messis
 qñcū ſcat actū metēdi. vt hic. Qñcū t̄ps metēdi. qñcū id qđ me
 tit aut messum ē. vt ibi. Illiꝝ imēlē ruperūt horrea messes. ¶ Mar
 mor ē lapis durus & p̄ciosus. hic ponifꝝ p mari vel ppter lepo
 rem vel ppter colorem ſimilem.

Messis.

Marmor.

Frigidus agricolam ſi quando continent imber
 Multa forent quē mox cōlō properanda ſereno
 Maturare datur. durū procudit arator
 Vomeris obtusi dentē. cauat arbore lintres.
 Aut pecori ſignū aut numeros impressat aceruis
 Exacuunt alij uallos furcaſqꝝ bicornes
 Atqꝝ amerina parant lentē retinacula viti.
 Nunc facilis rubea texatur fiscina virga
 Nunc torrete igni fruges nūc frangite ſaxo
 ¶ Monet q̄ ſint agēda domi cū p tempeſtate foris eſſe nō liceat
 ¶ Cōſtructio (Si qñ). i. ſi aliqñ (frigidꝝ liber). i. grauis pluuiā (co
 tinet agricola). i. ab ope rustico (datur). i. pcedit (maturare). i. cū
 modeſtia facere (multa q̄ forēt). i. eſſent (perāda). i. ppere & nō
 recte facienda (ſereno cōlō). i. tpe ſerenitatis (Arator pcedit). i.
 acuit (durū dentē vomeris obruiſi). i. heber. & ipe (cauat lintres
 arbore) ſubaudi in vel ex (Aut iprefſat). i. iprimit (pecori ſignū
 aut iprefſat aceruis) ſc̄ frugū (nūeros). i. ſcando quoſ ſint (Alij
 exacuūt vallos). i. palos. & exacuūt (bicornes furcas). i. bidētes.
 (Atqꝝ parant amerina retinacula) i. vimina q̄ abundant iuxta
 vrbē ameriā (lentae viti). i. ad ligandā vitēm (facilis fiscina) hoc
 instrumentū (texat nūc). i. tpe pluuiā (virga rubea). i. q̄ nascit
 apud rubos oppidū (Torrete). i. ſiecate nūc fruges igni & (fran
 gite nūc ſaxo). i. molite. ¶ Imber ē oīs pluuiā vel tēpeſtas & hā

GEORGICORVM FO. XIII

evel i in abltō. ¶ Maturare ē cū maturitate facere. i. neq; ppere Maturare
 neq; tarde Qñq; scat matur; facere. Tibullus Annus in apricis Cauare.
 maturit collib; vuas. ¶ Cauare. i. facere cauū. teuto, holmachē Vallus
 ¶ Vall; ē pal; In vallū qd h; multos vallos. ¶ Ameria fuit op Ameria
 pīdū labino; in italīa, ¶ Rubi pli nūero fuit oppidū cāpaniç. Rubi
 In rubea tū. ¶ Fiscina ē corbis aut sporta In fiscella. i. qua fiscina Fiscina.
 Fiscella.

Quippe etiam festis quedā exercere diebus

Fas & iura sinunt, riuos deducere nulla

Rellgio uetuit, segeti pretendere sepem

Insidias auibus moliri, incendere vepres

Balantumq; gregem fluuio mersare salubri

Sepe oleo tardi costas agitator aselli,

Vilibus aut onerat pomis, lapidemq; reuertens

Incusum, aut atre massam pīcis vrbe reportat

¶ Ostēdit quid olim licuit facere festis dieb; ¶ Cōstr. (Quippe)
 certe(fas). i. rellgio (& iura sinunt exercere). i. agere (qdā festi dieb;
 bus Nulla rellgio vetuit, p̄tendere). i. p̄struere (sepem segeti &
 moliri). i. parare (insidias auib;). f. capiēdis. & incēdere vepres)
 id ē spīnas, & nulla rellgio metuit (mersare) lauare (gregē balan-
 tum). i. ouīū (salubri fluuio Agitator). i. ducor (tardi aselli, one-
 rat sepe oleo costas) tardi aselli (aut onerat costas aselli, vilibus
 pomis). i. abundātib;. hoc ē, licet dieb; festis oleū aut qd aliud
 in vrbum p̄ alīnū deferre. Et ipē agitator (reuertens) sc̄ domum
 (reportat ex vrbe lapidē). i. molā manualē (incusum). i. cūdēdo
 asperatū (Aut reportat ex vrbe, massam). i. frustū (atre pīcis)

¶ Pretendere qñq; scat oñdere, vel añ tenere. vt. viij. ēnei. Pacis Pretendere,
 reg; manu ramū pretēdit oliue. Qñq; scat añ facere vt hic Sege

ti p̄tendere sepē. ¶ Vepres sunt herbe spīnose, & ponit tm̄ pluraf; Vepres.
 Massa.

¶ Massa est densa compactio rerū, vt massa sicor, ferri.

¶ Incusus sit ab verbo incudo. Incusus lapis dicit in quo sunt us
 foramina vt fiat asper & idoneus ad molendū Poma

¶ Poma dicuntur generaliter omnes fructus.

Ipsa dies alios alio dedit ordine luna

Fœlices operz. quintam fuge: pallidus orcus

Eumenidesq; fatē. tum partu terra nefando

Cœumq; iapetusq; creat seuūq; typhœa

Et coniuratos cœlum rescindere fratres.

C II

LIBER PRIMVS

Ter sunt conati imponere pelion ossan
Scilicet atq; ossæ frondosum inuoluere olympū
Ter pater extractos disjecit fulmine montes
Septima post decimam foelix. & ponere vites
Et prensos domitare boues. & licia tele

Addere.nona fuge melior.cōtraria furtis

¶ De obseruatōe vel electōe dier̄ gētiliter hic scribit poeta. imi
tatus s. Hesiodū S; ap̄ls paul⁹ ista reprobat & pleriq; catholici
doctores ¶ Cōstructio (l̄pā luna dedit alios dies foelices oper̄)
id ē ad opa (alio ordine. fuge quīntā) sc̄z lunā (pallid⁹ orcus) sc̄z
ē sat⁹. & (eumenides sunt fat̄). Terra creat tū nefando partu cœū
iāpetū (q;) illos gigātes (seuūq; typhē) illū gigantē (Et terra cres
at tū fratres) sc̄z etum & ephialte filios alci (piuratos). i. q; piuras
uerāt (rescindere celū) Illi fratres conati sunt ter iponere pelion)
illū montē (ossan) illū mōtē (atq; inuoluere ossē frōdosu; olym
pū) illū montē (pater). i. iupiter (disjecit ter mōtes extractos). i.
sup vnū positos (Et septima post decimā) .i. decimaseptiā dies.
(felix) s̄ ē (ponere). i. plātare (vites & domitare). i. māsuetos face
re & domesticos (boues prēsos). i. captos (& addere licia). i. fila.
(tele). i. texture (nona) s̄ dies (melior) s̄ ē (fuge). i. ad fugā. & (no
na) dies ē (ptraria). i. aduersa (furt̄) ¶ Orc⁹ sit infernū v̄l plutonē
¶ Eumenides ditunī surie infernales. s. aleクト. megera telephone.
¶ Pelion ossa & olympus sunt altissimi mon̄ in thessalia.
¶ Licium est filum quo textores implicat in tela stamen

Multa adeo melius gelida se nocte dedere
Aut cum sole nouo terras irrorat eos
Nocte leues stipule melius nocte arida prata
Tondētur. noctis lētus non deficit humor
Et quidā seros hiberni ad luminis ignes
Peruigilat. ferroq; faces inspicat acuto
Interea longū cantu solata laborem
Arguto coniunx p̄currit pectine telas
Aut dulcis musti vulcano decoquit humorem
Et folijs undam tepidi despumat aheni
Aut rubicunda ceres medio succiditur ęstu
Et medio tostas ęstu terit area fruges

Orcus.
Eumenides.
Pelion ossa
olympus.
Licium.

GEORGICORVM FO. XV

¶ De ijs rebus q̄ meli⁹ fuit noctu vel mane ¶ Cōfirue(Adeo).i.
certe(multa).i.opa(dedere se melius gelida nocte Aut cū).i.qñ
(eous).i.lucifer vel aurora(irrorat).i.rore humectat(terras sole
nouo).i.recenter orto(Leues stipulē tōdenī).i.metuni meli⁹ no
cte.& arida prata tōdenī meli⁹ nocte(Lētus humor).i.ros(non
deficit).i.deserit(noctis).i.noctes(Et quidā).i.rustic⁹(puigilat
ad seros).i.nocturnos(ignes.hiberni lumis.& inspicat).i.acuit
vel cedit ad modū spicar(faces acuto ferro).i.cultro vel securi
(Interea).i.eodē tpe(piunx).i.er⁹(solata lōgū labore cātu.pcurs
rit telas arguto pectino).i,illo īstrumēto hoc ē texit (aut deco
quit).i.coquēdo minuit(humore).i.aquā(dulcis musti vulca
no).i.ad ignē(Et ipa despumat vndā tepidi alieni).i.feruētis ca
cabi(folijs Aut rubicūda ceres).i.matura seges(succidit).i.meti
tur sc̄ nocte(medio estu).i.qñ dieb⁹ ē valde calidū. & (area te/
rit fruges).i.noctu fruges terunt in area (tostas).i.siccatas me Eous
dio estu. ¶ Eous.i.oris.aurora vel lucifer Ponit etiā adiectiue
P̄ orīentalis.vt paulo aī Eoē atlātides. Et nota q̄ prima syllaba
qñq̄ corripit. qñq̄ pducit. ¶ Prata sunt loca vbi fenī nascitur Prata
¶ Inspico as.i.ad modū spicar formo. ¶ Pecten hic scat īstru Inspico.
mentū quo texit. ¶ Argutus.i.subtilis brevis.sonorus Pectē Argut⁹

Vulcanus est fabulosus deus ignis & ponitur pro igne Vulcanus
¶ Mustū ē nouū vīnū qđ si decoquař ad dimidiā sui p̄tē vocat Mustū
desfrutū. de q̄ hic dīt poeta Et nota q̄ iste v̄sus. Aut dūlē musti Desfrutum.
&c. vocat hypmeter quia vna syllā in fine abūdat. q̄ tñ obsor Hypermeter
bēta vocali sequēt̄ v̄sus q̄ Ahenū ē vas grēū. etiā ponit adiectie Ahenum
Nudus ara. sere nudus. hyems ignaua colono

Frigoribus parto agricolæ pleriq̄ fruuntur
Mutuaq̄ inter se leti conuiuia curant
Inuitat genialis hyems. curasq̄ resoluit
Ceu pressē quum iam portū tetigere carinæ
Puppibus & leti nautę imposuere coronas
Sed tamē & quernas glandes tum stringere t̄ps.

Et lauri baccas. oleamq̄. cruentaq̄ myrta
Tunc gruibus pedicas & retia ponere ceruis
Auritosq̄ sequi lepores. tum figere clamas
Stuppea torquētemi balearis verbera funde
Cum nix alta iacet. glaciē cū flumina trudunt.

¶ De ijs q̄ sient hyeme ¶ Cōstructio(Ara nud⁹. & sere nud⁹).i.

C III

LIBER

PRIMVS

ta sereno tpe vt nō egeas vestib⁹ (Hyems ē ignaua colono) i. fa
 cit colonū (ignauū). i. pigrū (Frīgorib⁹). i. in hyeme agricolæ
 fruunt plerūq; partho). i. voluptatē capiūt ex eo qđ p. estate las
 id ē voluptuoſa hyems (inuitat). s. eos. & (resoluit). i. tollit. rela
 xat curas (Ceu). i. sicut (cū carinę). i. naues (preſſe). i. onus (tetige
 re iā portū. & leti naute ipoſuere coronas puppib⁹) scz pre letis
 cia (S; tñ tps ē tñ). i. tūc in hyeme (ſtringere). i. decutere vel collis
 gere (glādes quernas). i. de quercu (Et tps est tū ſtringere baccas
 lauri. & olea) i. baccas oleę. & (cruēta myrta). i. fruct⁹ myrti ar
 boris q hñt ſuccū ſanguineū. Et tps ē tūc ponere (pedicas). i. laq
 os gruib⁹. & ponere (retia ceruis. & seq). i. pſequi (lepores auris
 tos). i. magnis aurib⁹. & tps ē tūc (torquentē ſtuppea ybera ba
 learis fundē figere). i. ſagittare (damas. cū). i. qñ (nix iacet alta. &
 cū flumina trudūt glaciē). i. qñ gelauit. ¶ Ignauia. i. piger qñ
 genial. qñl ptinē ad geniū. i. naturalis vel voluptuosus letus.
 ¶ Bacca dr fruct⁹ lauri oleę cypressi & ſimiliū arboꝝ. Etiā ſcat
 gemmā. ¶ Pedica ē laqueus q pedes implicant Errat q p digi
 to pedis accipiūt ¶ Baleares insulē ſunt due in hispanico mari
 in qbus inuētus ē uſus fundē. hic ponit adiectiue ¶ Stuppa eſt
 deteri⁹ linū. teuto. heyde off werck. In ſtuppea. i. de ſtuppa.

Quid tēpeſtates autūni & ſyderā dicam
 Atq; vbi iam breuiorq; dies & mollior ęſtas
 Que vigilanda viris vel cū ruit imbriferū ver
 Spicea iam campis cū messis inhorruit. & cum
 Frumēta in viridi ſtipula laſtentia turgent
 Sepe ego quū flauis messorē induceret aruis
 Agricola & fragili iam stringeret ordea culmo
 Omnia vētorum concurrere prelia vidi
 Que grauidam late ſegetē ab radicibus imis
 Sublime expulſam eruerēt. ita turbine nigro
 Ferret hyems culmūq; leuē ſtipulaſcq; volantes
 Sepe etiā immēſum ccelo venit agmen aquarū
 Et ſoedā glomerant. tēpeſtate imbrībus atris.
 Collectę ex alto nubes. ruit arduus ether
 Et pluuiā ingēti ſata leta boumcq; labores

GEORGICORVM FO. XVI

Diluit, implētur fossē & caua flumina crescent
 Cū sonitu; feruetq; fretis spirantibus equor
 Ipse pater media nimbōr; in nocte corusca
 Fulmina molitur dextra, quo maxima motu
 Terra tremit, fugere fereq; mortalia corda
 Pergētes humilis strauit pauor; ille flagrantī
 Aut athon aut rhodopen aut alta ceraunia telo
 Deīscit, ingeminat austri & densissimus imber;
 Nūc nemora ingēti vento nūc littora plangūt

¶ Hic agit de tēpestib; autūni, & veris. ¶ Cōst. (Quid dicā tēpe
 pestates autūni, & sydera). s. eas iducētia (Aut vbi). i. qn̄ (dies est
 iā breuior, & estas ē mollior), i. min⁹ feruēs (Quē sunt tūc vigi
 lāda vir?), i. vigilāter pūidēda (Vel cū ibrisfer; ver ruit), i. p̄cipi
 tat in finē (Cū spīcea messis), i. frumētū spicas hñs (inhorruīt cā
 pis), i. tremit, & (cū frumēta lactētia), i. tenera & lactē plena (tur
 genti viridi stipula), i. culmo (Ego vidi sepe cū agricola induce
 ret messore flauis aruis), i. mature segeti, & (stringeret), i. secaret
 (ordea fragili culmo) vidi inquā tūc (oīa p̄lia vento, & currere
 inter se), i. magnā tēpestatē fieri (Quē), s. p̄lia vētor; (eruerēt late)
 id ē vbiq; ab imis radicib; (grauidā segetē sublime), i. alte (Itavt
 hyems), i. tēpestas (ferret), i. tolleret (nigro turbine), i. noxia tēpe
 state (leuē culmū), i. siramē frumēti (& volātes stipulas Immēlūz
 agmē), i. nimia multitudo (aqua, & venit etiā sepe). Et nubes col
 lecte ex alto, glomerat), i. p̄gregat (fœdā tēpestatē atris imbrīb;
 Arduus æther ruit), i. ruere videū, & (diluit), i. abluit (leta sata)
 Id est semina, & (labores bo um), i. agros bobus aratos (pluūia
 ingēti), i. valde magna (fossē implenē), s. aqua, & (caua flumina
 crescent cū sonitu, & equor feruēt), i. mouet (fretis), i. aquis (spīra
 tib;), i. in motu positis (Ip̄e pater), i. de⁹ (molit), i. iactat (fulmis
 na corusca), i. coruscantia (in media nocte), i. tēpestate (nimboz
 rū), i. pluūia, & (Quo motu maxima terra tremit, & ferē fugere)
 id ē fugerunt, & (humilis pauor), i. humilians (strauit mortalia
 corda per gentes), i. vbiq; (Ille) sc; pater, (deīscit flagāti telo) id ē
 fulmine (aut athon) illū montē (aut rhodopen) illū montē (aut
 alta ceraunia) illos mōtes (Austri), i. vēti v̄l pluūiq; (ingeminat)
 id ē crebescut, & dēsissimus imber), s. ingeminat (Nemora plā
 gūt), i. resonat (nūc ingēti vento & littora plāgūt &c) ¶ Spīca ē Spīca Spīce
 in q; nascit frumētū Etiā dicit hic spīc⁹ & hoc spīcū p̄ eadē re lñ Culmus.
 sit adiectū spīceus a um, ¶ Culmus & stipula drñt s̄m Seruiū Stipula

C III

LIBER PRIMVS

Glomer
Nimbus
Athos
Rhodope
Ceraunia.

Nā culmus ē ī pē calamus. stipulē vero folia q̄ ambiunt culmū
¶ Glomerare est glomos facere vel cōiungere congregare
¶ Nimbū ē repētina pluuiā. etiā est ventus. & genus vasis
¶ Athos ē altus mons grēciæ Itē Rhodope mons thraciae.
¶ Ceraunia sunt alti mōres in epiro dicti a crebris fulminib⁹.
Nā ceraunos grēce sc̄at fulmen.

Hoc metuēs coeli menses & sydera serua
Frigida saturni sese quo stella receptet
Quos ignis coeli cyllenius erret in orbes
Imprimis venerare dēos. atq̄ annua magne
Sacra refer cereri letis opatus in herbis
Extremē sub casu hyemis iam vere sereno
Tunc agni pingues & tunc mollissima vina
Tum somni dulces deniq̄ in montibus ymbrae
Cuncta tibi cererē pubes agrestis adoret
Cui tu lacte fauos & miti dilue baccho
Terq̄ nouas circu foelix eat hostia fruges
Omnis quā chorus & loci comitetur ouantes
Et cerere clamore vocent in tecta. necq̄ ante
Falce maturis quisq̄ supponat artifis
Quā cereri torta redimitus tempora queru
Det motus in coppositos & carmina dicat.

¶ Docet quō sit obuiandū tēpestatib⁹. s. puidētia & relligione
¶ Cōstr. (tu metuēs hoc). i. hmōi tēpestatē (serua). i. sidera (mē-
ses'coeli). i. xii. signa q̄bus mēses cognoscim⁹ (& sydera). i. hot⁹
planetar̄ (& serua q̄). i. ad quā coeli partē (frigida). i. noxia (stella
saturni receptet). i. se perecipiat sese. & (in q̄s orbes). i. ad q̄ loca.
(cylleni⁹ ignis). i. stella mercurij erret (Imprimis). i. an oia (vene-
rare deos & refer). i. da (magnē cereti annua sacra) id ē sacrificia
(operat⁹). i. sacrificias (in letis herbis Sub casu). i. circa finē (extre-
mē hyemis. vere iā sereno Agni) sunt (tūc pingues & vina sunt
tūc mollissima). i. minime austera. & (somni sunt tū). i. tūc (dul-
ces. & vmbra sunt tūc dēle i mōrib⁹ Cūcta agresti pubes). i. ois
turba rusticor̄ (adoret cererē tibi). i. p tuo cōmodo (Cui). s. cere-
ri (cu dilue). i. liba (fauos cu lacte. et miti baccho). i. dulcivino (et
foelix hostia eat ter circu nouas fruges. quā) sc̄ hostiā (ois chor⁹)
i. cęt⁹. s. comitē. & (loci ouātes). i. pre leticia vociferātes (comi-

GEORGICORVM FOLIO XVII

tenē. & vocē cererē clamore i tecta Necq; quisq; supponat falce
maturis arist;). i. segeti (ānq; ī pē redimīt; tpa). i. hñs tpa redimi
ta (torta quercu). i. corona querna (det cereri incōpositos mot;)
id ē saltatōes rusticās (& dicat carmina). s. i. honorē cereris ¶ Sa Saturnus
turn; ē summ; planetar; q dī frigid;. i. noxi;. sicut in buco. fri/ Cyllene
gidus anguis. ¶ Cyllene ē mons arcadię vbi nat; fuit Mercuri;. Ouare
Vñ vocat ī pē Cyllenius ¶ Ouare ē vociferare prēlēticia. vt gnei
dos decimo. Quo nunc turnus ouat spolio &c.

Atq; hec vt certis possimus discere signis
Aestusq; pluuiasq; & agētes frigora vētos
Ipse pater statuit quid menstrua luna moueret
Quo signo caderēt austri. quod sēpe vidētes
Agricolae propius stabulis armēta tenerent
Continuo vētis surgētibus: aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere. & aridus altis
Montibus audiri fragor. aut resonantia longe
Littora misceri & nemor; increbescere murmur.
Iam sibi tum curuis male tēperat vnda carinis
Quum medio celeres reuoluant ex equore mergi
Clamoreq; ferunt ad littora: quūq; marinæ
In siccō ludunt fulicē. notaſq; paludes
Deserit atq; altam supra volat ardea nubē
Sēpe etiā stellas vento impēdente videbis
Precipites cōelo labi. noctisq; p vmbraſ
Flammar; longos a tergo albescere tractus.
Sēpe leuē paleam & frondes volitare caducas
Aut summa nantes in aqua colludere plūmas.

¶ Describit prognostica tēpestatū & primū vētor; ¶ Cōstructio
(Atq; ut possimus discere certis signis. hec) sc; (estus & pluuias
& ventos agētes frigora. ī pē pater). i. deus (statuit quid luna mē
strua). i. q singulīs mensib; innouat (moueret) id est induceret
(Quo signo austri caderēt). i. q̄liter sciamus q venti cessarent.
(quod) sc; signū (agricole vیدētes tenerent armenta. ppius sta
bulis). i. iuxta domū (Ventis surgentib;) qñ venti slabūt (cōti
nuo). i. mox (aut freta ponti). i. aquae maris (agitata). i. mota (in
cipiūt tumescere. & aridus fragor). i. sonus qualis sit cum arida.

LIBER PRIMVS

Ligna frāgunt. s^e incipit (audiri in altis montib⁹. aut littora re^s sonantia longe. incipiunt miseri). i. perturbari (& murmur nemor^r incipit increbescere). i. creber fieri (vnde male tempat sibi iā tum) i. nō parcit (curuis carinis). i. nauibus (cū). i. qñ (celeres mergi) illę aues (reuolant ex medio equore ad littora. & ferunt) id ē effterūt leuāt (clamore. & cū marī fulice) illę aues (ludunt in sicco). i. in terra (Et cū ardea deserit paludes notas). i. in quis bus versari solet (atq; uolat supra altā nubē Etiam videbis sēpe stellas labi). i. cadere (precipites). i. deorsum (e coelo. vento spēdere) i. qñ ventū impēdet. & videbis (longos tract⁹). i. spacia (flāz mar^r). i. stellar^r (albescere a tergo). i. post casum (p vmbras noctis) Et videbis (sēpe leuā palea. & frondes caducas). i. q̄ ceciderunt ab arborib^r (volitare. Aut videbis plumas nantes in summa aqua). i. in summitate aquę (colludere). i. mouerī.

Mensirius

¶ Mensirius a ū. sit a mēsis. i. p̄tinēs ad mēsem. aut durās p mēsem. vel singulis mēsibus veniēs. vt morbus mēstruus. sic men-

strual luna &c. ¶ Armentū ē grex maior^r aialisū in armentarius.

Armentari^r id ē pastor aut custos armēti. ¶ Mergus diciāt auis aq̄tica q̄ sepe

Mergus se mergit pascēdi causa. ¶ Fulica etiā ē auis aquatica & nigra.

Fulica Carina: ¶ Carina est idē quod nauis. sed p̄prie venter nauis

At boreę de parte trucis cum fulminat. & cum
Euriq; zephyricq; tonat domus: omnia plenis
Rura natant fossis. atq; omnis nauita ponto
Humida vela legit. nūq; imprudētibus imber
Offuit. aut illum surgentem vallibus imis
Aere fugiere grues. aut bucula cōclum
Suspiciēs patulis captauit naribus auras
Aut arguta lacus circū volitauit hirundo
Et veterē in limo ranę cecinere querelam.
Sēpius & tectis penetralibus extulit oua
Angustum formica terens iter. & bibit ingens
Arcus. & e pastu deceđēs agmine magno
Coruor^r increpuit densis exercitus alis.
Iam varias pelagi volucres & que asia círcum
Dulcibus in stagnis rimantur prata caystri
Certatim largos humeris infundere rores
Nūc caput obiectare fretis. nūc currere in yndas

GEORGICORVM FO. XVIII

Et studio incassum vides gestire lauandi.
Tum cornix plena pluuiā vocat improba voce
Et sola in sicca secum spaciatur harena.
Nec nocturna quidē carpētes pensa puelle
Nesciuere hyemē; testa cum ardēte viderent
Scintillare oleum & putres cōcrescere fungos

¶ Nūc ponit prognostica pluuię ¶ Cōstructio(At). i. sc̄ (cū ful-
minat). i. vētus flat(de pte trucis boreg, & cū domus euri tonat
& cū dom⁹ zephyri tonat). i. qñ sil̄ flant diuersi vēti(oia rura na-
tant tūc plenis fossis). i. magna pluuiia tūc orī(Arc⁹ ois nauis
ta). i. nauta(legit). i. colligit vel cōplicat(ponto). i. in mari(chus-
mida vela. imber). i. pluuiia (nūq; offuit). i. nocuit (iprudenti/
bus). i. nescientib⁹. q. d. sp̄ añ sciri pt(Aut grues aereę). i. in aere
volātes(fugiere). i. fugiterūt(imis vallib⁹)sc̄ ex(illū)sc̄ ventum
(furgente). i. incipientē(Aut bucula). i. vacca (suspiciēs coelum.
captauit auras). i. aerē(patulis narib⁹ Aut hirudo arguta). i. gar-
rula(volitauit circū lac⁹). i. stagna(Et ranę cecinere veterē q̄relā
in limo. & formica terens angustiū iter s̄epi⁹ extulit). i. exporta-
uit(oua sua penetralib⁹ tectis). i. ex secretis cauernis (Et ingēs ar-
cus). i. iris(bibit). i. attrahit aquas (& exercit⁹). i. multitudo(cor-
uor. decedens e pastu. magno agmine). i. impetu(increpuit). i.
sonitū fecit(densis alis Videsas iā). i. tunc(varias volucres pelas-
gi. & q̄)sc̄ volucres(rimant). i. q̄runt cibū(in dulcibus stagnis
caystri) illius fluuij(circū asia prata). i. sic dicta(videsas inquā. in
fundere humeris largos rores). i. aquas(certatim). i. diligenter.
(Et videsas eas. nūc obiectare caput fretis. nūc currere in vndas
& gestire). i. moueri aut gest⁹ facere(incaſsum). i. frustra(studio)
id ē causa(lauādi Improba cornix vocat tunc pluuiā plena vo-
ce. & cornix spaciał sola secū in sicca harena. & obiectat). i. ope-
ponit(caput q̄rulum). i. garrulū(venientibus vndis). i. pluuijs
(Nec). i. nō(puelle carpentes nocturna pensa). i. noctu nentes.
(nō nesciuere). i. bene noierunt(hyemem). i. tēpestatē futuram.
(cum viderent oleum scintillare). i. scintillas emittere (ardente
testa) id est in lucerna(& putres fungos) id est silitudines fungo-
rum(cōcrescere)sc̄ in testis.

Eurus

Zephyr⁹ bore

as. Trux tru-

culetus Bucit

la. buccula

Penetal.

¶ Zephyrus est ventus orientalis

¶ Trux est nomen adiectiū idem quod crudelis. Inde truculēse

tus idem significans. ¶ Bucula est parua bos a greco nomin-

bus. sed buccula parua bacca.

¶ Penetal vel penetrale est secretus & intimus locus.

LIBER PRIMVS

Asia
Cayster.
Fungus

¶ Asia ē hic nomē paludis. nā qñ regionē fr̄ p̄ma syl̄a cor̄p̄is
 ¶ Cayster ē fluuī in asie regione ¶ Fungus eyn svam.
 Nec minus ex imbri soles & aperta serena
 Prospicere & certis poteris cognoscere signis
 Nam necz tum stellis acies obtusa uidetur
 Nec fratris radijs obnoxia surgere luna.
 Tenuia nec lanę p̄ cœlum vellera ferri:
 Non tepidum ad solem pennas in littore p̄adunt
 Dilectę thętidi halcyones, non ore solutos.
 Immundi meminere sues iactare maniplos
 At nebulę magis ima petunt cāpocz recumbunt
 Solis & occasum seruans de culmine summo
 Nequicbz seros exercet noctua cantus.
 Apparet liquido sublimis in aere nysus
 Et pro purpureo p̄cenas dat scilla capillo
 Quacūbz illa leuem fugiēs secat ethera pennis
 Ecce inimicus atrox magno stridore p̄ auras
 Insequitur nysus, qua se fert nysus ad auras
 Illa leuem fugiens raptim secat ethera pennis
 Tum liquidas corui presso ter gutture voces
 Ant quater ingeminant, & s̄epe cubilibus altis
 Nescio qua preter solitum dulcedine leti
 Inter se folijs strepitant, iuuat imbris actis
 Progeniē paruam dulcesq; reuifere nidos.
 Haud equidem credo quia sit diuinitus illis
 Ingenium: aut rēz fato prudētia maior.
 Verum ubi tēpestas & cœli mobilis humor
 Mutauere vias: & iuppiter humidus austris
 Densat erant q̄ rara modo, & q̄ densa relaxat:
 Vertuntur species animor̄, & pectora motus
 Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat
 Concipiunt, hinc ille auium concetus in agris
 Et letę pecudes & ouantes gutture corui

GEORGICORVM FOLIO XIX

¶ Nunc docet poeta quō etiā tēpestuoso aere cognoscit futura
 serenitas ¶ Cōstr. (Poteris p̄spicere nō mīn⁹). i. etiā (soles) .i. cla/
 ros dies (& apta serena). i. serenitates (ex ibri). i. tempestate (& co
 gnoscere) sc̄ ista (certis signis Nā nec⁹ obtusa acies). i. obscurus
 fulgor (videt stellis tū). i. tūc (nec luna obnoxia). i. subdita (radi
 is fratri). i. sol (vide⁹ surgere) s̄e obtusa (Nec tenuia vellera lane)
 id ē flocci (viden⁹ ferri p̄ coelū). i. volare in aere (Halcyones) ille
 aues (dilecte thetidī). i. deē maris (nō pādūt pēnas). i. alas (in litto
 read tepidū sole. & imūdi sues nō meminitere iactare maniplos
 soluto⁹ ore suo. At). i. h̄ (nebule petūt magis ima). i. iferora lo
 ca (& recubūt cāpo). i. descendūt sup̄ terrā (& noctua) illa auis (ser
 uans). i. custodiēs (occasus solis de summo culmie. nequit̄). i.
 nō (exercet seros). i. nocturnos (cantus Nisus) illa auis (apparet
 sublimis in líqdo aere Et scylla) illa auicula (dat penas). i. luit pe
 nas (p̄ purpureo capillo) sc̄ quē abstulit patrī suo (Quacūc⁹). i.
 p̄ quēcūc⁹ locū (illa) sc̄ scylla (fugīes). f. nysus (secat pēnis). i. alis
 (leuē ethera). i. volat (Ecce nysus atrox inimic⁹ insequit̄). i. p̄seq̄
 eā (p̄ auras magno stridore. & q̄). i. p̄ quāviā (nysus fert se ad au
 ras). i. volat (illa) scilla. fugīes (secat raptim). i. velociter, pēnis le
 uem ethera (Corui ingeminat tū líqdas voces). i. s̄ep̄ius vocife
 rant (gutturē presso. ter aut q̄ter. & corui leti nescio q̄ dulcedie)
 id ē voluptate (pter solitū) i. plus q̄ solēt (altis cubilib⁹). i. in ni
 dis (strepitāt). i. strepitū faciūt (inter se. folijs). i. in frondibus (Ius
 uat). i. delectat eos (reuisere). i. visitare (paruā p̄geniē). i. pullos
 suos (& dulces nidos Evidē ha⁹ d credo q̄ ingenīt sit illis) sc̄
 coruīs (diuinit⁹). i. a deo (aut q̄ prudētia). i. p̄uidētia sit illis (ma
 ior fato rerū). i. q̄ exigit natura brutor̄ (Verū). i. sed (vbi) id est
 postic̄ (tēpestas & mobilis humor coeli). i. pluuia (mutauere vi
 as). i. abserūt (& humid⁹ iuppiter). i. aer (densat). i. densa facit (ea
 q̄ erāt mō rara). i. nō densa (& relaxat). i. rara facit (q̄ erāt densa.
 Sp̄es). i. q̄litates (aio⁹ & vertunī). i. mutant aialib⁹ (& pectora) sc̄
 eo⁹ (Pcipiūt nūc alios mot⁹) & p̄cipiebāt alios mot⁹ (dū vent⁹
 agebat). i. faciebat (nubila). i. tēpestates (ille p̄cent⁹ auīt in agrīs)
 s̄e ē (hinc. & pecudes) sunt letē (& corui cuātes gutture). i. vocife Soles solib⁹
 rātes. ¶ Soles & solib⁹ in nūero pl̄i s̄e legit p̄ dieb⁹ vel calorī Obnoxi⁹
 bus aut radijs solis. Vñ in buco. S̄e ego lōgos. Cārādo memi Halcyo Halcyones
 ni puer me p̄dere soles. i. dies. ¶ Obnoxi⁹. i. obligat⁹. ¶ Halcyon
 nes sunt auiculē marinē q̄ pariūt in medio hyemis. q̄ tpe mare
 p. xiiij dies ē tranquillū. Iō dicunt̄ dilecte thetidī. i. a thetide dea
 maris. Et ut ait Seruī⁹. dicit̄ hic & hēc halcyon onis p̄ pauē. ¶ No
 ctua ē auis nocturna minor bubone. ¶ Nisus fuit rex megareis Nisus.
 q̄ habuit filiā noīe Scyllā. de q̄b⁹ ē fabula taſ Cū Minos rex cre⁹

LIBER PRIMVS

celis ob sideret megarēles scylla illū amare cepit, quē vt sibi amatorē faceret, purpureū capillū, in q̄ regnū fatale habebat, abscisit patri, & ad minoez fugit, s̄ tñ ab illo p̄tēpta cū se submerge re vellet, mutata d̄t in auiculā, pater ei⁹ nyslus fact⁹ ē auis, & sp̄ ob p̄ditō; p̄seq̄ filiā Est em̄ nyslus auis rapax, teu, eyn sparuer

Si vero solem ad rapidum lunasc̄ sequentes
Ordine respicies: nunq̄ te craftina fallet
Hora, necq̄ insidijs noctis capiere serenę.
Luna reuertentes cum primum colligit ignes
Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu
Maximus agricolis pelagoq̄ parabitur imber
At si virgineum suffuderit ore ruborem
Ventus erit, vento semp rubet aurea phebe.
Sin ortu quarto: nāq̄ is certissimus auctor:
Pura necq̄ obtusis p̄ coelum cornibus ibit:
Totus & ille dies & qui nascētur ab illo
Exactum ad mensem pluuiā ventisc̄ carebūt
Votaq̄ seruati soluent in littore nauṭe
Glaucoq̄ & panopeq̄ & inoo melicerē
¶ Nūc ponit prognostica, magis fida & subtiliora q̄ colligunt
ex sole & luna, & primo de luna. Cōstrue (Si vero respicies ad
solē rapidū), i. velocē, & (ad lunas sequētes, ordine), i. p̄ ordinē.
(Craftina hora), i. futurę tps (nūq̄ fallet te, necq̄ capiere), i. decipi
eris (insidijs serenę noctis, cū primum luna colligit ignes reuerte
tes), i. q̄n primum recipit lumē a sole vel q̄n noua ē (si) i. p̄ a tūc (cō
p̄derit nigrū aera obscuro cornu) quia tūc ē cornicularis (ma
xim⁹ iber parabit agricol⁹ & pelago. At si luna suffuderit ore)
id ē aspectu suo (ruborē virgineū), i. familiarē virgīnib⁹, tūc vē
tus erit, aurea phebe). i. pulcra luna (rubet sp̄ vēto). i. ppter vē
tū (Sin). i. s̄ si luna (pura, necq̄ ibit p̄ coelū obtusis cornib⁹, q̄rto
ortu), i. q̄rto die ab ortu (nāq̄ is), i. q̄rto ort⁹ (ē certissim⁹ auctor)
ē parēthesis (& ille tot⁹ dies & q̄ dies (nascētur ab illo), i. post illū
(visq̄ ad mēsem exactū), i. finitū (carebūt pluuiā vētisc̄, & nau
tē seruati), i. salutē reuersi (soluent in littore vota), i. ea q̄ voterant
in mari (Glaucoq̄ & panopeq̄ &c) illis dijs marinis. ¶ Prognos
tifica lunae breuiter hoc versu haben̄t, Pallida luna pluit, rubicū
da flat, alba serenat. ¶ Glauc⁹ ē fabulosus deus maris, de q̄ Oui

Glaucus.

GEORGICORVM FO. XX

dius, xij. metamorpho. ¶ Panopea dñ nymphā qdā marina
 ¶ Melicerta fuit filius athlamantis regis thebae, qui melicerta Panopea
 submersus factus est marinus deus alio noīe Palemon. Vocabū Melicerta
 autē inous a noīe matris q dicebā ino.

Sol quoq; & exoriens & cum se condet in vndas
 Signa dabit, solem certissima signa sequentur
 Et quē mane refert & quae surgentibus astris *Cupitam̄bus* G
 Ille vbi nascentē maculis variauerit ortum *A raffol* f
 Conditus in nubem .medioq; reluderit orbe
 Suspecti tibi sint im̄bres, nanc; vrget ab alto
 Arboribusq; satisc; notus pecoriq; sinister
 Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
 Diuersi rumpent radij, aut vbi pallida surget
 Tithoni croceum linquens aurora cubile
 Heu male tum mites defendet paimpinus vuas
 Tum multa in tectis crepitās salit horrida grando
 Hoc etiam emenso cum iam decedet olympos
 Profuerit meminisse magis, nam s̄epe videmus
 Ipsius in vultu varios errare colores
 Ceruleus pluuiam denunciat, igneos euros.
 Siñ macule incipient rutilo immiscerier igni:
 Omnia tum pariter vento nimbisq; videbis
 Feruere, non illa quisq; me nocte per altum
 Ire: neq; a terra moneat conuellere funem.
 At si cū referetq; diem condetq; relatum
 Lucidus orbis erit; frustra terrebere nimbis
 Et dare silvas cernes aquilonē moueri

¶ Hic ponunt prognostica sol. i. signa qb; sciam ex sole utr; futura sit serenitas an tēpitas ¶ Cōstr. (Sol. qd). i. etiā (& exoriēs).
 id ēcū orit mane (& cū se p̄det in vndas). i. qn̄ occidet vesperi.
 (dabit signa) s̄e futuroq; (certissima signa sequentē solē). i. certissima sunt signa solis (& q), s. signa (sol refert). i. affert (mane) & q signa refert (astris surgētib). i. vesperi (vbi). i. qn̄ (ille) sol (variauerit nascentē ortū suū maculū p̄dit). i. abſcondit (in nubē, & vbi)

LIBER

PRIMVS

ipse sol resugerit in medio orbe), i. latuerit in circulo (ibres sint tibi suspecti) i. timeas pluuias (nāc̄ not⁹) ille uent⁹ (sinister) f. noxi⁹ (arborib⁹ & satis). i. seminib⁹ (& pecori). i. pecorib⁹ (vrget ab alto). i. minaū descēsum (Aut vbi). i. qñ (diuersi radij) sc̄ solis. (rūpent se. inter dēsa nubila) nubes (sub luce). i. añ lucem (Aut vbi aurora liquēs croceū cubile tithoni surget pallida. pāpin⁹ male defendet tum mites vuas. horrida grādo salit tum multa crepitās). i. sonās (in tectis. Profuerit). i. vtile fuerit (etia magis meminisse hoc. cū sol decebat iā menso). i. trāsito (olympo) id ē celo (Nā vidēmus sc̄pe varios colores errare in vultu ipius) sc̄ solis (Cerule⁹). i. griseus color (denūciat pluuiā. igne⁹). i. rubē color denūciat (euros). i. ventos (Sīn). i. h̄ (si maculē). i. nigredi/nes (incipiēt imiscerier). i. imiscerī (utilo igni) id ē rubro colori (tum videbis oia). i. loca (seruere). i. abūdare (vēto nimbisq̄). i. pluuijs (Nō quīsc̄). i. nemo (moneat me ire p altū). i. mare (illa nocte. neq̄ puellere funē a terra). i. nauigare (Ar). i. h̄ (si orbis so/lis erit lucid⁹). cū ipse sol referet diē). i. mane (& cū p̄det). i. abscondet (diē relatiū). i. reportatū (frustra terrebere nibis). i. nimbi non erūt (Et cernes silvas moueri claro aglone). i. vento serenefico.

Not⁹ Not⁹
Nobilus
Nubilare
Pāpinus
Pāpinare.
Tithonus
Croceus.
Cerule⁹ cerul⁹
Immiscerier

¶ Not⁹ ē vent⁹ austral. a greco noie notys qđ ē humor. ¶ Not⁹ vero p̄ th scriptū sc̄at illegittimū vel spuriū. ¶ Nubil⁹ a um . i. obscur⁹. h̄ in neutro ḡne ponit substatiue p nubib⁹. In nubila re obscurare. ¶ Pāpin⁹ dr foliū vitis. In pāpine⁹ a um. & pāpis nare. i. pāpinos a vite tollere vt vng maturesc̄at Columella. Vi neā vere q̄ putare tā pāpinare vtile ē. ¶ Tithon⁹ fuit rex in ori ente q̄ singit marit⁹ aurorę. ¶ Croceus a um. i. ruber glaucus q̄ si de croco. ¶ Cerule⁹ v̄l cerul⁹ a um. teuto. grau. sicut color maris aut nubiū. ¶ Immiscerier p̄ imiscerī ē paragoge figura Deniq̄ quid vesper serus vehat. vnde serenas Ventus agat nubes. quid cogitet humid⁹ austē Sol tibi signa dabīt; solem quis dicere fallum Audeat; ille etiam cēcos instare tumultus Sepe monet. fraudēc̄ & operta tumescere bella Ille etia extinto miseratus cēsare romam Cum caput obscura nitidum ferrugine texit Impiac̄ eternam timuerūt secula noctem. Tempore quāc̄ illo tellus quoq̄ & equora pōti Obscenic̄ canes importuneq̄ volucres Signa dabāt; quotiens cyclopū efferuere in agros

GEORGICORVM FO. XXI

Vidimus vndantē ruptis fornacibus etnam
Flammarumq; globos liquefactaq; voluere saxa
Armorū sonitū toto germania cōelo
Audijt. insolitis tremuerunt motibus alpes
Vox quoq; per lucos vulgo exaudita silentes
Ingens. & simulacra modis pallentia miris
Viſa sub obſcurū noctis. pecudescq; loquutę
Infandū. ſiftunt amnes terreq; dehifcunt
Et moestū illachrimat tēplis ebur. aeraq; sudant
Proluit insano contorquens vortice ſiluas
Fluuiorum rex eridanus. campoſcq; per om̄ies
Cūm stabulis armenta tulit. nec tēpore eodem
Tristibus aut extis fibre apparere minaces
Aut puteis manare cruor ceſſauit. & alte
Per noctem reſonare lupis v lulantibus vrbes
Non alias cōelo ceciderunt plura fereno
Fulgura. nec diri totiens arſere cometæ

¶ Hic poeta pcludens materiā de sole. pulcre deflet mortē Iulij
ceſarī qui occiſus fuit in ſenatu. q̄ tpe fuit magna eclipsis ſolis
Iſtud acſribit in grām Auguſti q̄ fuit fili⁹ Iulij adoptiuus Vñ
& plura. p̄tēa ſcribit q̄ p̄tigerūt lōge añ mortē Iulij q̄ Cōſtrue
(Deniq;). i. etiā (ſol dabit ſigna. qd fer⁹ vesp⁹). i. ſtella vefptina.
(vehat). i. afferat (vñ). i. de q̄ pte (vent⁹ agat). i. ducat (ſerenas nu⁹
bes. qd humiđ⁹ auster) ille vent⁹ (cogitet). i. factur⁹ ē (Quis aude
at dicere ſole) s̄ ē (fallſum). i. deceptorē (Ille) ſc̄ ſol (monet etiā ſe
pe cēcos tumultus). i. latētes inſidias. & (fraude) instare. & optā
bella). i. ſecreta (tumelſcere). i. oriri (Ille) ſc̄ ſol (etiā miserat⁹ ē ro
mā. ceſare exticto). i. occiſo (Cū). i. qñ (ſol texit nitidū caput ob
ſcura ferrugine). i. nigro colore. & (ipia ſæcula timuerūt eternā
noctē). i. ſolē nō reditur⁹ (Quāq; tel⁹ & equora pōti. & obſcenī
canes & volucreſ. dabat q̄q;). i. etiā (ſigna). i. futuri mali illo tpe
(Quoties vidim⁹ etnā) illū montē ſicilię (vndatē). i. flāmas euo
mentē (fornacib⁹). i. cauernis eius (ruptis effeuere). i. Huere in
agros cyclopū. & vidim⁹ etnā (voluere). i. ejcere (globos flāma
rū & ſaxa liqfcta). i. puſta (Germania audijt toto cōelo ſonitū ar
morū. Ingens vox ē q̄q; exaudita). i. foris audita (p̄ lucos). i. ſil
uas ſacras (ſilētes). i. vbi ſilētiū ſolet ē (vulgo). i. a ml̄t̄ (Et ſimil

D I

LIBER

PRIMVS

Iachra). i. phārāstmatā (visā sunt pallētia mīr' modis sub obscurū noctis). i. circa obscuritatē noctis. Et pecudes sunt locutę insandū). i. res infandas & malas (Amnes). i. fluuij (līstūr). i. stant. (terre dehiscit). i. aptę sunt Nā pñs ponif. p̄pterito. & (ebur). i. imago hois ex ebore (illachrymat). i. valde flet (mōstū). i. mōste, nomē p aduerbio (& era). i. statuę erec (ludat Eridan⁹). i. padus (rex fluuior. pluit). i. excreuit aut diluuiū fecit (torques) id ē euerēs (siluas insano vortice). i. nīmīs fluctib⁹ (Et tulit). i. abstulit (armēta). i. pecora (cū stabul. p̄ oēs cāpos Nec). i. nō (minaces fibrē nō cessauerūt apparere in tristib⁹ extis eodē tpe. aut crux nō cessauit manare in puteis. Et alte vribes). i. in mōtibus. sitę nō cessauerūt resonare p̄ noctē (lupis vlulantib⁹). Plura fuligura nō cecidere alias). i. alio tpe (sereno cōelo. nec diri comete). id ē crīnītē stelle (arfere). i. arserūt (totiēs) scz alias. ¶ Vespē stella vespītina q̄ & vespīrugo dr̄ & hesper⁹. Et vespīgnis masculini vthīc p̄z. serus vespī Sīfr libro tercio. frigid⁹ vespī Itē Stati⁹. vespī opac⁹ Igīt errauit Alex. ¶ Ferrugo ē color purpureus ad nigrū tendēs. ¶ Cyclopes dicunt fuisse gigātes i. sīcīta iuxta etnā. & p̄ ducit o. ¶ Aetna ē mons in sīcīlia sp̄ ardēs. h̄ nūc plus nūc nimis ¶ Eridan⁹ ē magn⁹ fluui⁹ lombardiq̄ & padus vocatur. ¶ Extā sunt intestina superiora vt pulmo. cor. iecur. & lyen. Ex his solebat gētiles futura p̄jcerē. Cometes vel cometa grecū non men est qđ latine sonat crīnītus Estq̄ generis masculini.

Vesper

Ferrugo.
Cyclopes
Aetna.
Eridanus
Extā
Cometa.

Ergo inter sele paribus concurrere telis
Rhomanas acies iterum videre philippi
Nec fuit indignū superis his sanguine nostro
Emathiam & latos emi pinguis cere campos.
Scilicet & tempus veniet quum finibus illis.
Agricola incuruo terram molitus aratro
Exesa inueniet scabra iubigine pila
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes
Grandiaq̄ effossis mirabitur ossa sepulchris
Dñ patrī indigetes & romule vestaq̄ mater
Quae tuscū tyberim & romana palatia seruas
Hunc saltem cuerso iuuēne succurrere sāclo
Nephibete. satis iampridē sanguine nostro.
Laomedonteæ luimus periuria troye.

GEORGICORVM FO. XXII

Iam pridem nobis coeli te regia cæsar
 Inuidet. atq; hominū querit curare triūphos.
 Quippe vbi fas vsum atq; nefas. tot bella p orbē
 Tam multæ sceleræ facies. nō vllus aratro
 Dignus honos. squalēt abductis arua colonis
 Et curuē rigidū falces cōflantur in ensem
 Hinc mouet euphrates. illinc germania bellum
 Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
 Arma ferūt. scuit toto mars impius orbe
 Vt cum carceribus se se effudere quadrigæ
 Addūt se in spacia: & frustra retinacula tendens.
 Fertur equis auriga. necq; audit currus habenas.

¶ De bellis ciuilibus & nīmīa hoīm malicia ¶ Construe(Ergo
 philippi viderūt romanas acies iterū). i. scđo (concurrere inter
 se). i. preliari (paribus telis). i. pilis (Nec fuit iudignū superis). i.
 superi dignū putauerūt (emathiam). i. thessaliā (& latos cāpos
 ēmi) illius mōtis (pinguescere bis sanguine nostro). i. romano.
 (Scz). i. certe (tempus venier cū agricola molitus terrā). i. colens
 (incuruo aratro. illis finibus). i. ibi (inueniet pila). i. tela (exefa)
 id ē corrupta (scabra rubigine. Aut pulsabit). i. feriet (grauibus
 rastris. galeas inanes). i. cōcauas. & (ip̄e mirabitur grādīa ossa)
 scz hoīm (sepulchris effossis). i. eueris O (indigetes dī patrij). i.
 patrie. & o romule. & o mater vesta que seruas tyberim tuscū)
 id ē fluuiū tulchiae & seruas (romana palacia Ne phibete saltes
 hunc iuuenum) scz Augustū (succurrere seculo euerso). i. reparare
 statū mūdi (Nos lūimus). i. soluimus (satis tampridem piuria
 troyæ laumedonēc). i. quā laumedon rexerat O (cæsar) scz Au
 gulse (regia coeli inuidet te nobis) i. non p̄ptati q̄ te habemus
 principē. & (regia coeli queritur). i. indignat (te curare). i. regere.
 triūphos hominū (Quippe). i. certe (vbi) id ē apud quos hoīes
 fas ē versum atq; nefas est versum). i. fas dñ nefas. & nefas dicit
 fas (tot bella). f. sunt (p orbem. & tā multæ sunt facies). i. modi.
 (sceleræ. nō vllus dign⁹ honos ē aratro Arua squalēt). i. inculta
 sunt (colonis abductis) scz ad bella. & curuē falces cōflant in ri
 gidū ensem (Euphrates) popul⁹ orientalis (mouet bellū hinc) id ē
 ab hac pte (germania mouet bellū illinc). i. ab illa pte (Vicinæ
 vrbes ferūcarma inter se legib⁹ ruptis. Impi⁹ mars). i. bellū fa
 ciens hoīes ip̄ios (scuit). i. crudelit̄ agit in toto orbe (Vt). i. sicut

D II

LIBER SECUNDVS

(cū quadriga). i. equi ad currū (effudere sc carcerib⁹). i. vi exierūt
 claustris suis (addūt se in spacia). i. paulatim eoꝝ cursus auger⁹
 & (auriga frusta tēdēs). i. retinēs (retinacula). i. lora (serf equis)
 id ē aribitrio eꝝ (& curr⁹ nō audit habenas). i. equi nō obedis-
 unt aurigae. ¶ Philippi orū ē ciuitas thessalīę ppe quā primo
 Iuli⁹ c̄esar & Pōpei⁹ postea August⁹ & brutus cū cassio dimicā-
 uerūt. hinc dicunt philippēses qbus scribit ap̄ls Paul⁹ ¶ Aema-
 thia ē regio grecię alio noī thessalīa. ¶ Aemus ē mons thessalīę
 vel thracię. ¶ Pilū ē telū longū v̄l hasta. & p̄prie pila sunt ro-
 manor̄. ¶ Indigetes pp̄t̄evocant̄ dij facti ex hoībus. q̄si in dijs
 agētes, vel indigetes dicunt̄ beatī q̄si null⁹ egētes. ¶ Vesta dīce-
 bat a gētilibūs dea virginitatis. ¶ Laomedon fuit rex troiae pa-
 ter Priami. de q̄ fabulant̄. q̄ Apollinē & Neptunū induxit ut
 sibi facerēt muros troyanos. qbus pfectis negauit eis pecunia; z
 quā sub iureiurādo illis pmiserat. q̄re illi irati sp̄ infestū fuerūt
 troyanis. & romani sunt troyani. ¶ Euphrates ē magn⁹ fluui⁹
 orientis p̄ armeniā & babyloniā tendēs in rubrū mare.

Euphrates

P. Virgilij Maronis Georgicor̄
Liber secundus incipit

Actegus aruor̄ cultus: & syderā cœli
 Nūc te bacche canā. nec nō siluestria tecū
 Virgulta. & plem tarde crescentis oliuæ.
 Huc pater o lenēc. tuis. hic omnia plena
 Mūnerib⁹. tibi pampineo grauidus autumno.
 Floret ager. spumat plenis vindemia labris.
 Huc pater o lenēc veni. nudataq̄ musto
 Tinge nouo mecū direptis crura cothurnis
 ¶ In hoc scđo libro poeta scribit de cultura arbor̄ s; maxie de-
 vitib⁹. In trib⁹ primis ȳsib⁹ pponit. in quinc⁹ sequētib⁹ inuo-
 cat. ¶ Cōstructio (Cecini haften⁹). i. hucusq; cult⁹ aruor̄ & sy-
 dera corli O bacche nūc canā te. necnō). i. & (canā tecū siluestria
 virgulta). i. arbores steriles qbus alligat̄ vitis. & (canā plem). i.
 plantā (oliuæ crescēt tardē. O pater lenēc). i. o bacche (huc) s; ve-
 ni (Oia sunt hic plena tuis munerib⁹). i. vitib⁹. q̄si diceret scri-
 bā devitib⁹ q̄ꝝ auctortu diceris (Ager grauid⁹ pampineo autū-
 no). i. vitib⁹ (Floret tibi). i. ad honorē tuū (Videmia spumat) s;
 tibi (plenis labris). i. vasis (O pater lenēc veni huc. & tinge nuda
 ta crura nouo musto). i. vino (cothurnis). i. calceamēt̄ (dirept̄)